



Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

II. Petatio Puritatis ad Patrem cœlestem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

II. Petitione Puritatis ad Patrem cœlestem,

O Pater cœlestis, actus purissime, munda me ab omni inquinamento carnis & spiritus, ut mundus in conspectu compaream, & purior ad fontem omnium puritatis accedam. O si cum omni purete, quæ fragilitati humanæ possibilis est, sacrosanctum Filii tui corpus & sanguinem suscipere valerem. O si cum corpori puro, cum intellectu puro, memoriam puram voluntate puram, intentionem puram, affectum purum, ad oblationem mundam accederem, pure ad gloriam tuam, & ob nullum alium respectum; atque ad Angelorum & omnium creaturarum puritatem adspicarem! Sed ecce cœli non sunt mundi in conspectu tuo, quanto minus homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem! effunditur super me aquam mundam Spiritus Sancti, & mundabor & super nivem dealabor. *O Pater noster qui es in cælis!* ego superbiæ nævis coquino: *Sanctificetur nomen tuum*, quod facit humilitas. Avaritiæ maculis inficio, *Adveniat regnum tuum*, quod pauperibus Spiritu promittitur. *Invidiâ impetrator: Fiat voluntas tua*

sicut in
miseri
nem no
ut con
terrene
nobis e
mus de
tur mit
cas in i
prostrat
Sed libe
rebus di
rum est
III. P
O Sap
& I
me, ut ce
dignaris
extremâ
consumi
fide; ut it
fortis in
metur
misconte
no bona
scens

sicut in celo & in terra: quod promittitur misericordibus. Libidine impugnor: *Pater noster* nostrum quotidianum da nobis hodie, ut confortet debiles; & sensus cœlestes, terrenos reprimant. Irâ infestor: *Dimitte nobis debita nostra*, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, quod promittitur mitibus. Gulâ tentor: *Et ne nos inducas in temptationem*: quâ primi parentes prostrati sunt Denique Acedia opprimor: Sed libera nos à malo; & à periculo in rebus divinis tædio, quod omnium malorum est origo, Amen.

III. *Petitio Luminis, ad Filium Dei.*

O Sapientia Patris, Lumen de Lumine, & Lux mundi indeficiens! illumina me, ut cognoscam te, & charitatem, quâ dignaris venire ad me, intelligam, quo me extremâ industriâ præparem. O author & consummator fidei, Iesu! illumina me in fide; ut in omnibus temptationibus resistam fortis in fide diabolo; qui ab incredulis timetur ut leo, à fortibus in fide ut vermis contemnitur. S. Isidorus l. 3. de summo bono c. 5.

N

Illus.